Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



137

vineam eius et fiam eius de ibus dux. Merrebat hee mee sunt quas
dederunt mihi amatores mei et ponam eam in salam et comedet illam bestia
agri et volatilia celi et in palma dabo et ponam eam in pastum sicut eam dies baalim
ibus accendebat incensum et ornabat inaure sua et monili suo et
ibat post amatores suos et mei obliuiscebat dicit dnus. Propter hoc ecce
ego lactabo eam et ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius et dabo
ei vinitores eius ex eodem loco et vallem achor ad aperiendam spem et
canet ibi iuxta dies iuuentutis sue et iuxta dies ascensionis sue de terra
egipti. Et erit in die illa ait dnus. Vocabit me vir meus et non vo
cabit me ultra baalim. Et auferam nomina baalim de ore eius et non ibor
dabitur ultra nomine eorum. Et pauiam eis fedus in die illa cum bestia
agri et cum volucre celi et cum repili terre et arcum gladium et bellum con
teram de terra et dormire eos faciam fiducialiter. et sponsabo te mihi in
sempiternum et sponsabo te mihi in iustitia et in iudicio et in misericordia et in mi
seriordibus. et sponsabo te mihi in fide et scies quia ego dnus. Et erit
in die illa exaudiam dicit dnus. et exaudiam celos et illi exaudient terram
et terra exaudiet triticum et vinum et oleum et hi exaudient iezrahel. Et
seminabo eam mihi in terram et miserebor eius quam sit absque misericordia et
dicam non populo meo populus meus es tu et ipse dicet deus meus es tu.

Et dixit dnus ad me adhuc vade III. 53
et dilige mulierem dilectam amico et adulteram sicut dilexit
dnus filios israhel. et ipsi respexerunt ad deos alienos et di
lexerunt vinacia uuarum. Et fodi eam mihi quindecim argenteis et chor
ordei et dimidio chori ordei et dixi ad eam dies multos expectabis
me non fornicaberis et non eris vnus si ego expectabo te quia dies
multos sedebunt filii israhel sine rege et sine principe et sine sacrifi
cio et sine altari et sine ephod et sine therapim et post hec reuertentur filii
israhel et querent dominum deum suum et dauid regem suum et pauebunt
ad dominum et ad bonum eius in nouissimo dierum. Quere. IIII.

Audite verbum dni filii israhel quia iudicium dnus cum habitatoribus
terre. Non est enim veritas. et non est misericordia et non est scientia
dei in terra. maledictum et mendacium et homicidium et furtum
et adulterium inundauerunt et sanguis sanguinem tetigit propter hoc lugebit terra
et infirmabitur omnis qui habitat in ea in bestia agri et in volucre celi. Etiam et pisces